

assimilatur potestati scorpionum, quia Hæreticus nisi fulciatur potestate temporali nocere non valet, cum ea auxiliante multum potest, & multa mala perpetratur, & sic concludit citat. Ansberr. Non enim facta per suos loqui audeat, nisi temporali potentia suffulsi fuisset.

60. Barthol. Hæretici semper ad malum intenti.

Syriacus I. Pontif.

61. Diabolus suis inferis nova supplicia.

Arctas.

62. D. Bern.

Blanditia hujus sæculi detestanda.

63.

Hæretici uno malo in pejus labantur.

Th. Angl.

64.

Exod 33.

Iniquitates semper in deterius.

Quartò, ut docet Bartholomæus Angel. lib. de Proprietatibus c. 9. quod eorum cauda semper parata percutere, nullòque momento cessat à læsione: si eis detur occasio lætendi, & obliquo icu, & insiditæ feriunt: inde meriti eis assimilantur hæretici; qui semper ad malum intenti, suum vitium evomere non cessant, quandoque se se offert occasio. Unde ait Syriacus I. Epist. ad Mediolan. de Januario, ac talibus loquens. Hæretici subter Christianos se esse jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, & domum orationis ingressi, sermone serpentina disputationis, effundant.

Quintò, dicitur locustas exeuntes de fovee putei habere potestatem sicut scorpiones. Locustæ morfu suo magnum inferunt dolorem, ac scorpio longè nocivior, & acriori dolore pungit; ecce cur non solum locustas dixit futurus, & de fumo putei exituras in ultimis temporibus, sed eas habituras potestatem scorpionum, quia juxta multos per tales locustas Diaboli significantur, qui non qualibuscumque pœnis afficiunt improbos, sed eis gravissima, & acerbissima inferunt supplicia, & semper majora majoribus addendo. Arctas. Ne quis sciens, ait, qualis sit locustarum morus, ut qui non magnum afferat dolorem; scorpionum subjungit exemplum qui majorem præbent aculei punctioem sensibili dolorem.

Sextò, scorpio aspectu suavis, & delectabilis est, cauda verò nocet; unde vanitatem hujus sæculi, ac mulierum significat: ipsa enim tibi blanditur, ut te in æternum miserimè perdat. D. Bernard. tom. 2. feria 6. post Dominic. Passion cap. 1. art. 1. Joannes ait, data est illi potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ, scorp. o siquidem lingua lingit, & brachiis stringit, sed deum cauda pungit, sic vanitas mundi blanditur deliciis, stringit habitibus, & consuetudinibus malis, demumque cauda conclusionis extrema damnationis infelicem animam pungit.

Septimò, de hujusmodi locustis dicitur, quod data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. At Hæreticorum perversa conditio nonne satis exprimebatur locustarum nomine, cur ergo de eis additur, quod habeant scorpionum potestatem? Scorpio vincit in malignitate locustam; ecce cur de errore hæreticali infectis non dicitur, quod sint locustæ, sed etiam, quod assimilentur scorpionibus, quia nesciunt in uno malo consistere, sed de uno in pejus prolabantur, ac præcipitantur. Patrocinatur Thomas Anglicus. In pejus decidunt, ait, propter priorem errorem, quia de malo cadunt in pejus.

Ingratus populus Israël unum caput aureum viculi dedicabat; & tamen Aaron clamat ad eos. Hi sunt dii tui Israël. Exod. 32. n. 4. Unum erat idolum, & tanquam de pluribus clamabat, Et cur eum unum tantum dedicat de pluribus restatur: Sciebat sacerdos consequentiam fati, quod ille, qui semel ad unum rapitur idolum facili negotio se pluribus prosternat, & cum unum idolum adorat Israël, plurimam Deorum turbam per omnes nationes spatiam præpū-

riabat adorandam. D. Chryso. homil. 5. de Pecc. D. Chryso. nitent. Respicit unum factum vitulum. Quare igitur, hi dii? Ut ostendat, quod non modo eum, quem videt adorari, sed & Deorum pluralitatem annuntiat.

Unde ait Stephan. Actor. 7. n. 41. Vitulum fecerunt in diebus illis & obtulerunt etiam simulachra, & labantur in operibus manuum suarum. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiæ cæli. In pœnam primi idoli admissi, permissi sunt a iâ multa adorare. D. Cyrill. Alex. in c. 5. Amos. Vides divinum Ser. hanc, ait testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum; & ad olentium militem cæli eos conversos fuisse.

Ait Regius Vates Plat. 105. n. 37. Immolaverunt filios suos, & filias suas demonis, effuderunt sanguinem innocentem. Quid durius, ac execrabilius, quam quod Pater filium suum mactet, ac dederit demonibus: Tanta tamen malitia ibi non est, terminata, sed ad aliud gravius impulsa, ad sanguinem nempe sanctorum, ac justorum effundendum, una enim malitia nescit habere modum, ac terminum, sed via, ac ostium est ad aliam. D. Hieron. in cap. 17. Isai. A parricidio liberorum ait, ad Prophetarum sanguinem pervenerunt. Hinc Christus Dominus increpans Judæos, ait Matth. 12. n. 39. Generatio mala & adultera prius mala, & cum malitia nesciat quiescere, sed potius semper impellit in malum gravius, ideo statim additur adultera; ut quæ prius erat mala non servans Dei legem, deinde facta est adultera recedens à cultu veri Dei, & adorans militiam cæli.

Apoc. 9. n. 5. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque & cruciatus eorum scorpionum, cum percutit hominem.

Num. 6. Et in diebus illis quærent homines mortem, & cupient mori, & fugiet mors ab ipsis.

VERSIO NES. Arabic. n. 5. Data verò fuit potestas, non ut occiderent eos, sed ut cruciarent eos, & cruciatus in ipsis esset, velut cruciatus scorpionum cum pungunt hominem. Aliqui. Dicitur est illis, ne occiderent. Alii apud Al. Ut cruciarent sex mensibertum Arias. bus, sed ut cruciarentur. Arabic. n. 6. Quærebant homines mortem, & non inveniebant, & exoptabant mortem, & fugiebant ab eis.

65. Actor. 7. Ex uno malo admissio aliud deterius pullulavit. D. Cyrill. 66. Psalm. 105. Unum malum via est ad deterius. D. Hieron. Matth. 12. 67. In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam. Communiter intelligitur, de veris Christianis qui simpliciter homines dicuntur, qui propter importunam Hæreticorum vehementiam, tam crudeliter Ecclesiam persequentes, mori optabant, cupientes dissolvi & esse cum Christo, sed optata morte non peribunt, servare adhuc eos Deo adversus Hæreticam perfidiam.

EXPOSITIO III.

67. Deus cum pendere dat pœnas.

Datum est illis, non enim permillum est hujusmodi locustis, seu hæreticis, ne occiderent eos, ut citò interficiat ipsos impios non signatos signo particulari, & ad hos referatur, & non ad justos ut aliqui volunt. Sed ut cruciarentur mensibus quinque, hos tenentes variè intelligunt de quo quæstione sequenti, tamen hoc tempus littera iter, quod per quinque menses decurret intelligendum est. Ex quo patet quod non vult Dominus, ut eorum cruciatus brevissime transeant, uno vel altero mense, nec etiam ut in longum tempus protrahantur, ne in desperationem incidant. Sed tantum per quinque menses.

68. Quale venenum scorpionum.

Et cruciatus eorum scorpionum, cum percutit hominem. Venenum scorpionum frigidum, & ex nimio frigore, multo dolore licet tanto interficit: & triduum venenum illius serpit, & tunc interimit, tamen qui signati non fuerint signo Dei à scorpionibus læsi, eorum tortura non solum per tres dies, sed per quinque menses perseverabit in illa ultima, & acerbata persequutione, & rectè dicitur, ut cruciatus scorpionum, cum percutit hominem. Nam sicut scorpio percussione hominem interficit, sic hæretici persequentes eos, qui non habent signum Dei vivi interficient, dum à fide vera eos deficere faciunt.

69.

In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam. Communiter intelligitur, de veris Christianis qui simpliciter homines dicuntur, qui propter importunam Hæreticorum vehementiam, tam crudeliter Ecclesiam persequentes, mori optabant, cupientes dissolvi & esse cum Christo, sed optata morte non peribunt, servare adhuc eos Deo adversus Hæreticam perfidiam.

QUESTIO VII.

Quare ordinatum est à Deo, ut impii quinque mensibus affligerentur, nec pluribus, nec paucioribus?

70. Pannon.

Hujusmodi cruciatus erit tam crudelis, & acerbis, ut dicatur sicut cruciatus scorpionum: Cælius Pannonius. Ille cruciatus, ait funesta eorum doctrina, que sunt in interitum, ut bene scorpionum cruciatibus comparetur cruciatus eorum, qui in cauda habent venenum, quo cruciant in mortem insanabiliter, ut que ad mortem, ergo cruciatus durat Hæreticorum. Scorpio specie suavis, ac dulcis, cauda tamen acerbis, ac crudeli dolore percutit, inde cum hujusmodi cruciatu doctrina Hæreticorum comparatur, quia licet dolose videatur appetitibus plausibilis, tamen conscientia dolore dirè percutit.

71. Pannon.

Dicitur in Text. Datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Sermo est, ut patet ex versu antecedenti de illis qui sub quinque mensibus, totum vitæ tempus intelligunt, quæ quinque sensibus regitur; aut

quinque ætatibus infantia, pueritia adolescentia, juventute, & senectate continetur. Sed si ita res se habet, quare potius mensibus, quam annis ætates describuntur? Valde solemniter hominum ætates per annos dinumerantur, ac cum in mensibus Lunæ crescentis, ac decrescantis fiat mutatio, exinde vita hominum mensibus describitur, ut cognoscamus præsentem vitam continuis mutationibus obnoxiam esse. Cælius Pannon. In qua veritate, ait, frequentes casus accedunt, & recedunt, ut semper continuis decursibus adsit, vel tribulatio, vel tranquillitas.

Tamen secundum litteram quinque menses intelliguntur sub quibus crudelior, & durior erit persecutio, ut illi, qui non habent signum Dei vivi à fide deficient, & fortè in his quinque mensibus alludatur ad illam summam inundationem quæ totum occupavit orbem, diluvium enim quinque mensibus duravit, dicitur Gen. 7. illa ultima tribulatio erit instar diluvii. Tamen secundum litteram quinque menses intelliguntur sub quibus crudelior, & durior erit persecutio, ut illi, qui non habent signum Dei vivi à fide deficient, & fortè in his quinque mensibus alludatur ad illam summam inundationem quæ totum occupavit orbem, diluvium enim quinque mensibus duravit, dicitur Gen. 7. illa ultima tribulatio erit instar diluvii. Tamen secundum litteram quinque menses intelliguntur sub quibus crudelior, & durior erit persecutio, ut illi, qui non habent signum Dei vivi à fide deficient, & fortè in his quinque mensibus alludatur ad illam summam inundationem quæ totum occupavit orbem, diluvium enim quinque mensibus duravit, dicitur Gen. 7. illa ultima tribulatio erit instar diluvii.

Dicitur in text. Datum est illis, seu non permillum est à Deo, ut eos occiderent, nam spectata Diaboli voluntate, inferret in eos omne supplicium, & omne malum, tamen demonibus non conceditur ad libitum nocere improbis, refrænantur enim à Deo. Richard. Victorin. Ne Hæreticorum, qui maxime nocent, nec aliorum quorumlibet turba malorum, ad libitum ledere non sinitur, rectè additur, & præceptum est illis, ne occiderent eos: præcipitur Hæreticis & principalibus diaboli ministris, ne non solum verè bonos lætant, sed nec terrenis dedicos occidant.

Secundò datum est illis ne occiderent eos; si improbi & nequissimi, cum non habeant signum Dei vivi damnandi sunt, cur non statim pereunt, sed permittitur ut per quinque menses eorum cruciatus duret, mediis in suppliciis Deus punit, & misericors apparet, improbam illico non tradit morti; sed grandi cruciatu vexat, ut pœna admonitis delictorum suorum pœnitentiam agat, ut indulgentiam consequatur Richard. Victor. Ut afflicti aliquando ea se dilexerit respiciant, ad vera bona quærenda tandem, vel adversariis traditi resurgant.

Et quæ major miseria potest esse, quam quod illi, qui non acceperunt signum Dei vivi, & damnandi sunt, vitam ærumnosam, anxiam & laboriosam agant sub demonis mancipatu. De Demoniaco quodam ait D. Luc 8. numero 27. Qui habebat demonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Extrema sanè miseria erat hæc. Demonis erat domicilium, jam temporibus multis, & tunc, nec domum, nec vestem habebat, sed tanquam mortuis vicinis, in earum monumentis habitabat. Huc conveniat volupratum mancipia, quia dum ad divinas voces surdescent; & luxuriosis voluptatibus indulgent, multis annis demonum domicilia fiunt, & nec vestem habent, nec domum, nec valetudinem; nec vires, sed quasi cadavera putrida, jam penè jacent in sepul

Luc. 8. Summa hominis miseria quod in vitis agit vitam laboriosam. V u 2 sepul

D. Basil. Sel. Sepulchris. D. Basilii Seleuc. Orat. 23. Erumna altera, ait, altera gravior, nam cum ipso dationum esse domicilium, pro domicilio habebat monumenta, ne & habitans, & una habitatus mortuos inter habitare cogetur.

76. Ofc. 12. De rebelli idololatria Ephraïmo ait Oseas 12. num. 1. Ephraïm pascit ventum, & sequitur astum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat. Scilicet ex Græco legit Theodoret. Ephraïm autem pessimo spiritu plenus. Quid facit Ephraïm spurcitia, ac nequitia plenus; pascit ventos, suavissimis voluptatum, divitiarum gloriaeque temporalis auri aucupandis totus traditur; concupiscentiae ætam sequitur & multa mendacia cum variis falsitatibus composita fabricatur; & inde multas destructiones ac vastitates sui ipsius suarumque rerum machinatur vastitatem multiplicat. D. Hieronym. Spiritu pessimo pleni sequuntur ariditatem sicut ventum urentem qui contrarius floribus est, germina cuncta disperdit. Et nota, quod Propheta ait mendacium, & vastitatem multiplicat. In eo quod multiplicat mendacium, & sibi vastitatem multiplicat.

Theod. In vitis multa mala sibi multiplicat homo.

D. Hieron. Spiritu pessimo pleni sequuntur ariditatem sicut ventum urentem qui contrarius floribus est, germina cuncta disperdit. Et nota, quod Propheta ait mendacium, & vastitatem multiplicat. In eo quod multiplicat mendacium, & sibi vastitatem multiplicat.

QUÆSTIO VIII.

Quare mors fugit ab eam desiderantibus ac petentibus.

77. Maxime sollicitus est homo de longinqua vita, quomodo de hominibus illius ultimi temporis dicitur, quod mortem querens, & non inveniens? Et quod desiderabant mori, & mors recedebat ab eis? Hoc est terribile mortis ingenium, quod ea, & desiderantibus fugit, & quod ab ea fugientibus persequitur: cum nuntiatur esset impiæ Jezabeli ab Achab Pseudo Prophetarum omnium a mortis; muliebri furore repleta, sævam minatur mortem Elie, dicens. Hec mihi faciant Di, nisi hac hora cras po. ue. o animam tuam sicut animam uisus ex illis. R. g. 19. num. 2. quod cum n. agnovisset Elias surgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas, & perrexit in desertum viam unius diei, Et subdit facit Text. si que venisset, & sederet sub unam juniperum, petruit anima sua ut moreretur; parum sibi videtur coherere Patens Elias; si mortem fugit, cur mortem exoptat? & si exoptat, cur fugit ab ea. Angelom. Considera, ait, Eliam timore percussum de manu Dei mortem petere; de manu mulieris mortem fugiendo vitare: quarebat enim mortem dum fugeret. Prædeter Elias fugit mortem, quam ardentem percipit, ut mortis fuga mortem inveniat; sciebat enim quod mors fugit se querentes, & apprehendit ab ea fugientes, & ideo mortem fugit ut eam inveniat. Fuga enim mortis, mortem sollicitè sibi negotiatur, nam ab ea fugiendo ad mortem appropinquatur.

3. R. g. 19. Mortis desiderium fugit mortem, eam verè ad vocat vita vocum. Angelom.

78. Job. 3. Hebraic. Job 3. num. 2. ait. Qui expectant mortem, & non venit. Radix Hebraica Verbum expectare denotat magnum affectum, & tamen subdit; longè est ab eis, & non venit. Sic ait, noster Joannes de hominibus illius temporis. Quarent homines mortem, & non invenient eam, & cupient mori, & mors fugiet ab eis. Pro quo videndus est Philipp. Abbas in lib. de Cleric. si. Philipp. lencio cap. 83; de morte sic disserens. V. ac. er. sione cava, & surda eis libentius, & frequentius contradicatur, & in hoc mors, quod sum est agere se perpendit, dum scilicet exoptare voluntatem quorumlibet non intendit, o. ù. n. que votis & precibus propicia non adsistit, sed vitrici savitia gaudens obviat, & resistit.

QUÆSTIO IX.

Quinam sint isti, qui tanto affectu mortem desiderant, & mors fugit ab eis.

Quinam sunt isti, qui mori desiderant, & mors fugit ab eis. Primò, D. August. lerm. 252. de tempore, & Franciscus Fevardus lib. 14. de Inferno, & pœnis damnatorum locum intelligunt, quia licet pœnis afficiantur, vitam eripere, & mortem inferre valentibus; tamen in hoc eorum miseria, & calamitas maxima cernitur; quod cruciatus sentiant intolerabiles, & corpora tamen eorum incorruptibilia consistunt, nec amplius morti obnoxia Petrus Blesens. Episcop. Epistol. 61. Finis, ait, semper ibi incipit, & mors non morietur, nec defectu deficiet, ut damnati hominis conditio sentit in doloris materiam, & mortis aeternæ pabulum redvivet. quod lat. us prosequitur D. Thomas Quoi. ber 5. art. 1.

Alicui responder, idem D. August. citat. Vbi mors queritur, ait, & non invenitur? scilicet in inferno, quia quibus in hoc seculo vita inferitur, & nolunt accipere in inferno querent mortem, & non poterunt invenire. Cur ergo querent mortem, non inveniunt pœna peccato ipsorum respondente, ut qui sibi hoc seculo, præsentem mortem habere contempserit, sed eus memoriam abiecit, in inferno cum ardentissimè mori cupiat, non distantiissimè recedat ab eo.

Secundò Rupertus, & Elias Tyrinus M. Joannes de La Haye de impiis hominibus text. interpretantur & juxta seriem text. de eis videtur loqui, cur cum ardentissimè mori optent mors eis non venit, Deo sic ordinante, tunc t ipsi respiciant, tum in exercitium bonorum, tum etiam ob gravitatem suorum scelerum in maiorem eorum cruciatum, & pœnam Citatus Rupertus. Tunc cupient mori: ait, sonat lin. qua præ nimio rancore, & impatientis amaritudine animi, fiet illis succrescentibus pœnis, ut prope optent mori, & fugiet mors ab eis, rancore servantibus locustis, ut non occidant, sed crucient mensibus quinque.

Tertid, ardentem mortem exoptant, percussimè nepe à locustis, sub quibus, ut diximus intelliguntur hæretici, & cur sic ab hæreticis percussati mortem præ vita eligunt? quia persuasione Hæreticorum, ac eorum temporalium promissiones in fide dubii hæsitant, & hanc hæsitationem, tanquam durioris morte cruciatum reputant, eos maxime conscientia accusante, & ideo mortem vitæ præferunt, ne ralem dubitationis anxietatem sustineant; patrocinator Joachimus Abbas, Meius, ait, sibi esse arbitratur mori, quam vivere, inde est, quod

risti sunt omni tempore. qui huiusmodi sunt, sed & facies eorum pallore perperno deprimentur, & hoc quidem de illis, qui de aliquo utilitate temporalis, sic transunt animo ad seclum eorum, ut tamen durum arbitrentur relinquere semel susceptam fidem, & recedere à pietate Christiana, quam servat sub caelo multitudo credentium.

Quartò querent homines mortem, & non invenient; de pastoribus, ac Prælatibus locum interpretatur Richardus. Cur tamen à pastoribus mortem exoptantibus, ipsa mors receder, potius ab illis, quàm ab aliis? Nam Prælati vilitate tanta subditorum calamitate, ac strage, tanto inde dolore afficiuntur, ut mortem tam dura vitæ præferant; sed Deus eorum votis non anquet, ut in talibus temporibus tanta afflictiōnis, valeant suis subditis subvenire, nam bonus Prælati sublimitatem est reipublicæ. Richard. Victorinus. Quarent homines, ait, & maxime pastores mortem, timentes lapsum, & non invenient eam, quia propter necessitatem subditorum reservabuntur.

Quintò, multi graves Auctores cum D. Ambrosio, hæc interpretantur de viro justo, & sancto, sed cur à Deo mortem postulantes non obtinent. Cum Regius. Vates dicat Psal. 4. n. 1. Cum invocarem exaudivit me. Deus iustitia mea in tribulatione dilatasti mihi.

Primò, non exaudiuntur, ut à tribulatione eripiantur, sed in ea maxime dilantur, ut laboribus expoliti merito, ac perfectione augeantur. D. Anselm. Quarent homines mortem, ait, timentes lapsum, & non invenient eam, ut probatior es reddatur. Secundo cum iusti videant tot injurias ab iniquis ministris inferri Deo maxime eligent vitam eam morte commutare, quam sustinere tot injurias Deo illatas, cum eas impedire non valeant. Pannonius. Tunc bonis, ait, abhorrentes tantam abominationem, quantum ab impiis passim fieri vident, nec ultra Dei injuriam ferre valentes, cupient subito eripi e vita, nec tamen valent Deo aliter dissonare.

Tertid, cum iusti videant mundum tantis tribulationibus premi, eligent potius mortem, quam ex tanta tribulatione in aliquam Dei offensam prolabi, nam vita est contemnenda, ne in aliquam Dei offensam incidamus. Albertus Magn. Quarent iusti mortem, nempe corporalem, quia timebunt lapsum propter tribulationis gravitatem in duris carceribus, flagellis, & aliis, quandoque enim continget præligere mortem in magis adversis, propter vimorem offense.

Quartò, mortem præ vita optant iusti, quia exitus hujus vitæ introitus est alterius melioris. D. Bernard. Epist. 105. ad Rom. Moritur quidem & iustus, ait, sed severè cuius mors ut præsentis est exitus vitæ, in introitus melioris. Et D. Ambros. de bono mortis cap. 6. Non habemus, ait, quod in morte mesuramus, si nihil, quod timendum sit, vita nostra obmissi.

Quintò & ultimò. Homines tunc mortem exoptant, cum vulnerati aculeis, locustarum venenum habentium ad instar scorpionum acridolore, ingenti cruciatu torquebuntur; non ergo mirum si ipsi appetant mortem, quæ præsentium malorum terminus est, ac meta. D. Gregor. Nazianz. Oratione in funere patris. Mors modo à præsentibus malis nos vindicet.

Confer modo fortissimos juvenes Machabæos & tres Danielis socios inter se omnes sub

calamitose tempore degunt; omnes religionis causa ad tyrannorum tribunal ducuntur, in omnes capitalis sententia pronuntiantur. Illi ab Antiocho jubentur ardenti sartagine torreri. Illi à Nabuchodonosore mittuntur in ardentem fornacem. Ecce omnes pueri traduntur igni; diversus tamen exitus eorum eventus, Machabæi inter flammantes sartagine animam exhalant; Tres pueri verò in fornace à vinculis solvantur, & vividiores apparent, ut triumphatores in longos annos victuri educuntur: Qui ergo feliciores iudicandi sunt, & qui majori beneficio à Deo donati; an illi qui morte occubuerunt, an qui vivi & incolumes à morte eripiuntur. Quætionem pulchre resolvit D. August. lerm. 11. de diversis c. 3. Quare, ait, illi ab ignibus consumuntur? Ergo illis Deus aderat, hoc d. serverat? absit, imò utriusque affuit. Illi in aperto istis in occulto: illos visibiliter liberavit: istos invisibiliter coronabat. Illi quidem de morte liberati sunt, sed in huius vita tentatione manserunt; ab igne liberati, ad pericula reservati. Uno tyranno victo, adhuc certaturi cum diabolo. Fratres mei sicut Christiani, Machabæi melius, & tutius liberati sunt. Ab illis tribus viris ceteris remanentibus, illa una tentatio superata est; ab istis ista vita finita, qua tota tentatio est. Machabæi verò felici ingressu omnia tentationum certamina feliciter absolvunt, & inamissibilem coronam assumunt; Tres verò pueri, etsi à morte eripiuntur, innumeris tamen periculis reservantur: vicerunt mortem dum vivunt; restant tamen mille incurtus hostiles, mille incendia, pugnae, ac calamitates.

Sanctissimo Josiæ regi ex Dei mandato dicitur. Colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, que inducturus sum per locum istum 4. Reg. 22. num. 20. inter tot calamitates Jerosolymitanas pacifica mors illi promittitur à Deo, & tamen Josias moritur in bello percussus à Necho rege Egypti, 4. Reg. 23. n. 29 & 2. Paral. 35. num. 10. Quomodo ergo vera consistit Dei promissio, quod Josias in pace sit moriturus, cum in bello hostiliter vulneratus ceciderit? mors in bello pacificus est exitus? Restabant duriora ventura prælia, majora excidia, templi incendia, urbis depopulatio, totius populi perditio, ac desolatio; valde tunc grata & pacifica erat mors, qua Rex à rot, ac tantis conflictibus eripiebatur; sanè ingenti beneficio quiescit qui tunc perventa morte sepelitur, ne divini templi videat ruinam, ne sui populi desolationem, ac devastationem. Sic habet Abulens. ibi quæst. 20. Quia mala, que ventura erant super Hebræos valde majora erant, & quanta nunquam evenerant, ita ut severè in sinopere, & maledictum; ideo Josias quamquam moreretur in bello, dicebatur mori in pace, quia per hoc excusabatur videtur mala maxima.

4. Reg. 22. 4. Reg. 23. 1. Paral. 35.

Mors ingenti beneficio deservit.

Abulens.

Apoc. 9. n. 9. Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium, & super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum, tanquam facies hominum.